



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Iurisdictio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

Qui urbanitatis gratia iuravit: Per Deum non ibo, non faciam, non violat iurandū si eat, faciat. *Caic. 2. 2. q. 89. art. 7. dub. 2. Sor. lit. art. 7. Azor. c. 4. q. 4* contra quosdam.

Iudex non peccat, si ordine iuris seruatō ad iurandum cogat, quem scit falsō iuraturum. *Ric. 3. d. 39. art. q. 3. Azor. c. 12. q. 2. Priustus tamē homo peccaret mortiferē, Sylu. Lex nu. 13. V. Decimo.*

## IURISDICTION.

1. Iurisdictionem dat tacita ratihabitio.
2. Iurisdictionis concessio est fauorabilis, nec censetur reuocata ante reuocationis notitiam. Quod si publica est, potest eam exercere qui non est denunciatus, excommunicatus, aut suspensus, *secundum Nauar.* quod ego intelligo quantum ad validitatem; nam quantum ad peccatum, qui est ab ea suspensus, nō video quomodo possit licitē.
 

*\*Notitiam* } *Conar. pract. q. c. 9. n. 7.*
3. Iurisdictione delegata in aliqua causa, qui nondum cepit uti, expirat morte delegantis ei nota, nisi aliud constet de huius voluntate.
4. Iurisdictione commissa, intelliguntur commissa omnia sine quibus non potest cōmodē expediri.
5. Iurisdictio voluntaria, id est, quando nemo se opponit, potest ybique & semper exerceri.

*Instit.*